



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christomachia Calvinistica, Et Sacramentariorvm Omnivm
Vere Sathanica**

Lindt, Willem van der

Coloniae, 1584

VD16 L 1925

Contenta Hoc Armamentario Caluinistico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30267

3

CONTENTA HOC ARMA-
mentario Caluinistico.

I. Epistola consolatoria ad Vener. P. Matthiam Nyrsmannum, Christi causa exulante, inter Caluinistas apud Aquasgrani in Ardenæ montibus.

II. Catalogus Sacramentariorum & Caluinistarum: Cui tabella est attexta, vnde liqueat curnam plurimi Lutheranorum in diabolica Caluinistarum deferturiunt castra: quibus nunc passim in dies magis scatet Germania, Turcicæ (ni resipiscant citò) Tyrannidi proxima. In quam rem addita est Martinist. & Caluinistarum capitibus plurimis cum Turcarū Religione atque dogmatibus concordia, ut Caluinistas agnoscas iam nunc Turcizare, atque paratos Mahometo sese offerre discipulos infeliciter Catechizatos.

III. Epistola ad N. Caluinistam dissuasoriæ Sacramentarijs fidem diutius habeat: sed à Caluinismo ad desertam dudum redeat Catholicam Christi Ecclesiam.

*Additi tres libelli contra
Sacramentarios.*

I. Primus est de Baptismo Christi, cui detrahunt viuificum spiritum, Anabaptistas impieitate longè superantes.

A 2

II. Se-

II. Secundus agit de S. Eucharistia; cui verū
D. Christi corpus & sanguinē cum Iudeis sub-
trahere plusquā satanica conantur audacia.
III. Tertius de quotidiano agit Christi Do-
sacrificio, cui salutarem illam victimam auda-
cia Cyclopica tollere nituntur: qui est Anti-
Sadelius, quo viginti Paralogismis Anton. Sa-
delij Sophistæ Christiana respondetur verita-
te, quos contra Christianum Sacrificium Ec-
clesiæ Christi Catholicæ Propitiatorium, nō,
vti iactitat arrogāter scholasticè, sed merè so-
phisticè conabatur contexere, vbi luculentā
videre est S. Canonis in Euangelico Christi Ie-
su sacrificio Latinis usitati defensio.

VEN.